militarem. scilicet dat pacem et securitatem ab hostibus, et per yconomicam pacem in familiis et congregationibus domesticis et omnia ad domum pertinentia, per rethoricam vero pacem et amorem, concordiam et tranquillitatem inter cives. Si enim rectores civitatis habeant bonos rectores et illis bene utantur magnum facient civitati fructum. Sed cum eos abuti similiter contingat permittat prebebunt civitati magnum incommodum. Unde Tullius de eloquentia sine sapientia et cum sapientia dicit in principio rethorice. Siquis omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii consumit omnem operam in exercitatione dicendi, hunc inutilis sibi et perniciosus patrie civis alitur. qui vero ita sese armat eloquentia ut non oppugnare commoda patrie sed pro his propugnare possit is mihi vir et suis et publicis rebus utilissimus et amicissimus fore videtur. quod talis doctrina sub se tales artes habet interest humanum bonum. ¶ Utentes autem hic. Tertia ratio talis est. illius doctrine interest humanum bonum cuius finis complectitur fines omnium aliarum. hic supponitur ex textu tamquam per se notum quod solum bonum humanum complectitur fines omnium doctrinarum et ideo ille finis qui complectitur eos est id ipsum quod bonum humanum. quod talis scientie interest bonum humanum sicut et ipsius finis eius. Sed finis civilis doctrine est huiusmodi. ergo ipsius est bonum humanum. ¶ Huius enim ponit primo minorem cum sua probatione quod talis est finis sive utentis omnibus practicis et precipientis omnibus quid oporteat facere et a quibus abstinere complectitur fines omnium aliarum. Huiusmodi civilis est bonum earum facere faciendum et non facere faciendum. Sed hec talis scientia omnibus practicis utitur determinando occupationem civium et omnibus preponit legem ponens eis quid oporteat facere et a quibus abstinere. quod finis eius complectitur fines omnium aliarum. ¶ Et multe etenim. dicit quia ipsa. hic supple finis huius scientie est humanum bonum pertinens ad hanc scientiam tamquam eius finis proprius et specialis et aliarum omnium generalis. ¶ Si enim idem. hic ponitur et ratio permittitur tamen supra comparatio boni communis et boni unius persone. et secundo methodus autem. tangitur ratio in comparatione ista. supponitur primo proprietas quod bonum unius civis est bonum civitatis et bonum civitatis est bonum unius civis. non attingitur et mensuratur. ¶ Secundo quod bonum commune est maius extensive quam unius persone. ¶ Tertio quod perfectius intensive. ¶ Tertio quod suscipere ad procurandum et salvare procuratum et susceptum bonum unius soli persone est bonum et amabile. sed bonum quod. Sed salvare et procurare bonum genti toti et civitatibus hic est melius in se et divinius in affectione quantum amor et affectus quo aliquis virtuosus sic diligit bonum commune quod pro salute ipsius audet se ipsum morti exponere magis videtur divinus quam humanus. unde non bene apparet hominibus. vero talis amor in sit aliquis nisi sit ex dono divino infusus. ¶ Huius secundo quod commune bonum est extensive maius [illegible] est etiam. unde perfectissimum quantum in his que non sunt mole magna hic est esse maius quod est esse melius. dicit Augustinus sexto de trinitate capitulo octavo. ad salvandum et amabilissimum et divinissimum. ¶ Hec comparatio permissa intendit secundum argumentum methodus autem bonum intendens intendit humanum

humanum bonum. Sed methodus [illegible] dicitur bonum intendit ut apparet. ergo et bonum humanum intendit et per consequens eius interest bonum humanum. Hic ratio sola minor ponitur in textu. maior autem apparet ex dictis in comparatione facta. ¶ Circa predicta sunt quedam inquirenda. Primo utrum omnia appetant bonum tamquam finem. ¶ Secundo utrum homo habeat esse et vivere propter finem. ¶ Tertio utrum omnes operationes huius habeant unum finem. ¶ Quarto utrum quilibet scientia et tota humana vita habeant eundem finem.

De primo arguitur quod non omnia appetant bonum. ¶ Primo quod contrarium non appetit suum contrarium. Sed malum contrariatur bono. ergo malum non appetit bonum nec per consequens omnia cum malum sit de numero omnium. ¶ Secundo quia appetitus contrarii tendit in contraria illa. ergo contraria vel ambo sunt mala vel ambo sunt bona vel alterum bonum et alterum malum. Non possunt esse ambo bona quod bonum non contrariatur bono ut dicitur in predicamentis. Alterum vero aliorum duorum dato sequitur quod aliquis appetitus tendit in malum. ¶ Tertio quod nulla res se ipsam appetit. ergo bonum non appetit seipsum bonum cum tamen sit de numero omnium. ¶ Quarto quod peccatum est triplex: ex ignorantia, ex infirmitate et ex industria. Sed appetitus peccantis ex industria non potest esse aliquis boni quod talis appetitus non tendit in bonum. ¶ Quinto quia aliqui elective privant se omni bono privata illi qui desperantes seipsos interimunt. tales autem non videntur appetere bonum. ¶ Sexto quod omne appetens vel cognoscens quod omne appetitum est cognitum. Sed multa sunt que non cognoscunt bonum quod nec appetunt. ¶ In oppositum est quod bonum est perfectivum et bonum est in sua perfectione salvativum. Sed omne quod est vel appetit perfici si imperfectum est vel in sua perfectione salvari si perfectum est. quod omne quod est bonum appetit. ¶ Ad [illegible] sunt [illegible]. Primo quod omnis naturalis appetitus tendit in bonum. cuius ratio est quia omnia causata naturali appetitu in illum finem tendunt propter quod facta sunt. Sed omnia causata propter bonum finem primordialiter facta sunt. ergo omnium naturalis appetitus in bonum tendunt. ¶ Secundo quod omnis sensualis appetitus tendit in bonum. cuius ratio est quia duo sunt motus eius circa obiectum unus dicitur fuga et est respectu mali. alter concupiscentia vel desiderium et est respectu boni. quod secundum concupiscentiam et desiderium tendit in bonum. ¶ Tertio quod omnis intellectivus vel rationalis appetitus tendit in bonum. cuius ratio est quia semper tendit in aliquod amabile. Sed omne bonum amabile est vel bonum honestum vel bonum delectabile vel bonum utile ut dicitur in secundo et in octavo. ¶ Quarto quod omnis habitualis appetitus tendit in bonum. cuius ratio est quia omnis habitus inclinat habitum ad opera similia illis ex quibus generatus est. Sed omnis habitus generatus est ex operibus directis ad bonum delectabile honestum vel utile. ergo et ipse habitus ad similia bona inclinat. ¶ Quinto quod omnis appetitus superior tendit in bonum. cuius ratio est quia omnia dicta sunt in bonum hominis quod taliter tendunt. ¶ Hec dicta de appetitu habentur [illegible] non obstante supra positione premissa. ¶ Et per hec ad argumenta in oppositum. Dicendum ad primum quod in nullo considerandum [illegible] licet in illo obiectum [illegible] vel si contrariatur bono non tamen bono [illegible] ergo malum non

appetit bonum secundum quod contrarium. Sed bonum quod est eius fundamentum. ¶ Ad secundum dicendum quod duo appetitus contrarii tendunt in duo contraria quod ambo sunt bona ut appetitus tendendi et quiescendi et appetitus calidi et frigidi. ista tamen contraria non sunt contraria in ratione boni vel mali. immo sunt in hoc similia. [illegible] verum autem horum contrarium est contrarius suo appetitui quod et ambo sunt bona et in hoc sunt similia. ¶ Ad tertium dicendum quod appetitus non sunt hic per se pro desiderio rei non habite immo pro quiete et amore rei habite et tunc dico quod bonum appetit bonum appetendo salutem suam et quietem in se. ¶ Ad quartum dicendum quod peccans ex industria dicitur cum eligenter et deliberate committit opus malum quod precognoscit esse malum. Sed appetitus non tendit sic in ipsum malum. Sed in eius fundamentum a quo tamen non declinat licet prudeat esse malum quod ergo in fundamento peccati apprehendit vel estimat aliquod delectabile ut temporaliter utile et ideo adhuc stat quod appetitus talis tendat in bonum. ¶ Ad quintum dicendum quod homo male regimento seducit et [illegible] magis potius regimine indicat et estimat quod summum bonum sit fugere miseriam. et ideo plus considerans vel deliberans secundum istam regimenti se ipsum interimens. quod tamen a se realiter privatus se omni bono ducitur a fantasia hominis. ¶ Ad sextum dicendum quod omne appetens appetit cognitum vel a se vel a causa superiori. Ista [illegible] in natura appetitur cognitum non a se. Sed a causa superiori illa sed que scientiam vel intellectum habet appetitur bonum a se vere vel false cognitum.

De secundo arguitur quod homo non habeat esse propter finem quod ille finis esset vel aliquod intrinsecum inhierens homini vel aliquod extrinsecum assistens. cum homo non potest dari primum quod esset aliqua dispositio accidentalis hominis que non est finis forme substantialis. Sed potius econtrario forma est finis omnium dispositionum que sunt in materia ut habetur ex secundo physicorum. ¶ Item potest dari secundum quod esset deus ut supponatur tunc quero utrum homo sit propter deum ut propter finem. et tunc quod non quod hic est ut quod homo est bonum dei vel quod bonum hominis. Non quod bonum dei quod nichil boni potest ei advenire. Nec quod bonum hominis quod hic reducitur ad bonum inhierens homini de quo probatum est quod non est finis hominis. ¶ In oppositum arguitur quod omne quod est causatum per se agente est propter finem ut ex secundo physicorum unde dicitur quod omne per se agens agit propter finem. Sed hic est causatum per se agente cum sit finis [illegible] a casu quod est propter finem. ¶ Ad hoc dicenda sunt quinque. Primo quod nullum bonum inhierens homini est finis hominis. ¶ Secundo quod homo est finis omnis boni inherentis. ¶ Tertio quod optimum hominis est finis hominis. ¶ Quarto quod deus est finis extrinsecum optimum hominis. ¶ Primum probatur quod nullum minus bonum est finis maioris boni. Sed quodlibet bonum inherens homini est minus bonum quam ipse homo. que inter res creatas tenet summum gradum bonitatis et nobilitatis quod immediate post naturam angelicam. ergo nullum bonum inherens homini est finis hominis. ¶ Secundum probatur quod finis cuiuslibet amabilis solo amore concupiscentie est aliquod amatum amore amicitie cui id concupiscitur. hic patet quod omne concupitum concupiscitur propter illum cui concupiscitur. quod id sicut per amatum et sic cum et ideo concupiscitur est finis boni concupiscibilis. Sed omne bonum inherens homini est amabile solo amore concupiscentie ut patet ex 9 ethicorum. ex eo

quod non est res nata redamare eum a quo amatur. Quia homo est finis omnis boni continentis eum. Tertium probatur quod finis naturalis uniuscuiusque perfectibilis est ipsum perfectum esse; omne enim perfectibile appetit perfici et perfectum esse sicut finem suum. Sed homo in suis solis naturalibus supremus est perfectibilis quantum aptus natus est ad esse felicem. Quare cum non est in suis naturalibus supremus homo … felix et optimus est ipsum perfectum ad quod homo naturaliter inclinatur ergo homo felix et optimus est finis hominis acceptus in solis naturalibus suis. … universaliter quod omne esse habet pro fine bonum esse et tale esse habet pro fine bonum tale esse et esse vivere bonum vivere, consimiliter vita humana bonum vitam humanam. Unde si arguatur probatur quod finalis homo est etc. dico quod ut sit homo optimus homo non dico per illam actionem bonitatis tantum sed per totum. Totum ergo perfectum finis est perfectum. Quartum probatur quoniam id est finis extra operationem hominis per cuius attingentiam et adeptionem efficitur optimus et felix homo. Hoc autem non est esse finem extrinsecum, sed deus est huiusmodi. Homo enim deo habito et adepto est homo felix et optimus, huius omnia que recte velle potest etc. ut dicit Augustinus 23 de civitate dei. Ergo deus est finis extrinsecus hominis. Ad obiecta. Ad primum dicendum quod finis extrinsecus hominis est bonum extrinsecum propter deum cum non dicitur quod hoc est vel quod redundat in bonum omnium quod in bonum hominis dico quod redundat in bonum hominis. Secundo quia … est quod id quod est ordinatum ad finem extrinsecum propter indigentiam huius finis, aliud vero propter indigentiam rei ordinate ad finem. Verbi gratia piscis est propter hominem et homo propter deum; piscis non indiget homine sed homo pisce, deus tamen non indiget homine sed homo deo. Cum ergo probatur quod continens est finis hominis dico quod non sequitur sed bene quod continens homini concluditur in fine intrinseco hominis vel quod finis est totius perfectum constans ex inherente bono et non inherente, et ut totum perfectum finis est intrinsecus propter se sumpte et tamen hec altera pars puta speciale bonum est finis alterius puta accidentalis boni.

[D]einde arguitur quod non omnes operationes humane sint propter unum finem. Primo quia motus contrarii non tendunt in unum finem puta motus gravis et levis. Sed aliquae operationes humane sunt contrarie puta diligere et odire iustum et iniustum, ergo non sunt ad unum finem. Secundo quia bonum apparens et bonum verum non sunt unus finis. Sed aliquae operationes sunt propter istud aliquae vero propter illud, non ergo propter unum finem. Tertio quia finis et id quod est ad finem non habent eundem finem cum finis non habeat finem. Sed operationes aliquae sunt fines ut dictum est etc. et dicitur quod felicitas est operatio …, aliquae vero sunt ad finem, ergo non ad eundem. Quarto quia operationes non relate et relate non sunt propter eundem finem quia relate sunt ad finem illum ad quem relate sunt, alie vero sunt non per naturam sicut ad id ordinate, ergo non omnes sunt propter eundem finem. Sed in oppositum est philosophus dicens omnium operabilium ab homine esse unum finem. Ad hoc solvendum quomodo premittenda sunt tria. Primo quid dicitur operatio humana. Secundo quid finis. Tertio quomodo unus. De primo sciendum quod operatio humana dicitur operatio que est in potestate libera hominis … propter hoc dicitur homo a bestiis. Non est humana operatio que non est in potestate hominis; comedere tamen quod est nobis commune cum bestiis est operatio humana pro quanto est in potestate hominis. De secundo sciendum quod illud in quo iste conditiones sunt: esse in aliquo appetibilium ordine perfectione superiorem et terminare appetitum et in adeptione ultimum ita quod in eo sit satietas appetitus et esse propter se appetibile et non propter alium et esse causam appetibilitatis aliorum illius ordinis cuius adeptio prestat utilitatem ceteris, privatio vero inutilitatem, et esse fruibile et amabile. Illud in quo hee conditiones concurrunt est finis existens, illud in quo apparent est finis apparens, sicut omnia habentur ex 2 physicorum. De tertio sciendum quod unus finis potest dici uno modo secundum speciem et hoc modo omnia gravia habent unum finem in motibus suis scilicet locum deorsum. Alio modo secundum proportionem et hoc modo gravia et levia habent unum finem quia sicut se habet locus deorsum ad gravia sic locus sursum ad levia. Alio modo secundum opinionem et hoc modo omnes avari habent unum finem scilicet pecunias in quibus omnes avari felicitatem esse opinantur. Alio modo secundum proportionem opinionis et hoc modo et avari et ambitiosi habent unum finem quia uterque habet pro fine id quod optimum opinatur et illi sic licet in re discrepent quia isti opinantur pecuniam illi vero honorem. His premissis ad questionem dicendum est: primo quod non omnes humane operationes habent unum finem secundum speciem nec secundo secundum proportionem nec tertio secundum opinionem; quarto quod habent unum finem secundum proportionem opinionis. Primum probatur quoniam operationes corrumpentes bonum quod secundum naturam est finis hominis et operationes inducentes ipsum et salvantes non habent eundem finem secundum speciem, non corrumpentes non enim est ad istum finem ordinabilis. Sed ut dicitur 2 Ethicorum operationes aliquae corrumpunt bonum hominis facientes hominem malum, aliquae inducunt et salvant facientes ipsum bonum, ergo iste et ille non habent eundem finem secundum speciem. Secundum probatur quoniam aliqui non habent unum finem secundum proportionem nisi si unus illorum habet pro se optimum finem secundum naturam et reliquus aliorum habebit pro se optimum secundum naturam sicut de gravi et levi. Sed soli homines boni optant propter finem secundum naturam optimum, idem id est finis optimus secundum naturam et homini studioso ut dicitur 3 in 2, ergo operationes malorum hominum non habent eundem finem secundum proportionem nec cum operationibus bonorum hominum. Tertium probatur quoniam non omnium hominum est eadem species opinionis de fine ultimo et optimo ut patet 3 in principio, ergo non omnes operationes humane que sequuntur istas opiniones habent eundem finem secundum speciem opinionis. Quartum probatur quoniam operationes singulorum hominum habent pro finibus illa singula bona que singuli homines opinantur esse optima perfectione et que sint prima in intentione et appetitu, et sic de aliis conditionibus finis. Hoc autem est habere finem proportione opinionis unum. Quare omnes operationes humane habent finem secundum proportionem opinionum. Ad obiecta in oppositum dicendum ad primum quod motus contrarii possunt habere finem unum proportione sicut gravis et levis vel proportione opinionis sic dare et rapere. Ad secundum dicendum quod bonum existens et bonum apparens sunt unus finis proportione opinionis licet non secundum naturam. Ad tertium dicendum quod nulla est operatio hominis que non sit propter finem licet aliqua sit que non habet finem …, omnis operatio habet finem ut … sumptum est in questione. Ad quartum dicendum quod omnis humana operatio

ad finem est relata vel actualiter vel actu continuatur finis et id quod ordinatur ad illum vel habitualiter cum aliquis operatur secundum habitum qui est ad finem, operationes que sunt habitualiter ordinate ad finem licet non actualiter pro tunc vel virtualiter cum aliquis in principio negotii actu intendit finem licet postea non sit actu intentus, in virtute tamen prime intentionis omnia sequentia sunt ad finem propter intentum relata. Licet autem relatio sit diversimode quam aliqua referuntur ad finem ut disponentia ipsum aliqua tamquam integrantia ipsum ut videbitur infra diffusius.

[D]einde quod specialis finis civilis scientie non sit finis huius vite. Primo quia generalis omnium scientiarum finis non est alicuius earum specialis. Sed finis huius vite est generalis omnium scientiarum finis, hic enim est bonum humanum et felicitas hominis ad quod omnes scientie ultimate et finaliter ordinantur, ergo finis huius vite non est specialis huius scientie. Secundo quia operatio hominis in quantum est homo est finis huius vite que est felicitas ut dicitur 1 Ethicorum. Sed nullius scientie operatio seu specialis finis est operatio hominis in quantum homo, ergo nullius scientie finis specialis est finis huius vite. Assumptum probatur per rationem philosophi ibidem non potest esse aliquam operationem hominis in quantum homo propter hoc quod cuiuslibet artificis est aliqua operatio in quantum talis artifex puta statuifici in quantum statuificus, coriarii in quantum coriarius. Sic ergo potest dici quod politici est aliqua operatio in quantum politicus, quare hominis erit aliqua operatio que non erit statuifici vel coriarii vel politici in quantum tales sunt. Tertio quia si finis huius vite est specialis alicuius scientie illa erit nobilissima. Sed civilis vel politica scientia non est nobilissima ut dicitur 1 in 6 quia inconveniens est politicam vel prudentiam esse nobilissimum habitum nisi homo sit ens nobilissimum quod tamen non est ut ibidem habetur etc. Quarto quia finis prudentie non est specialis huius scientie cum sint diversi habitus et virtutes ut 1 in principio 6 habetur. Sed finis huius vite est specialis finis prudentie, ergo non est specialis huius scientie. Assumptum patet quia ut dictum est bene vivere est finis humane vite, prudentia vero est consiliativa et activa de toto bene vivere hominis ut 1 in 6. In oppositum sunt rationes philosophi. Ad questionem dicenda sunt duo. Primo quod huius vite finis est specialis alicuius scientie. Secundo quod primum scientie. Primum probatur per quod sicut aliqua scientia immediatius ceteris respiciens finem huius vite illi erit specialis. Sed inter scientias est aliqua ceteris immediatius respiciens finem illum quod patet dicitur per quod diverse scientie ordinantur … earum fines ut dictum est. Sed illa que … conservativi distare ab ultimo fine quam aliqua earum necessitas minus distat ab eo. Secundo quod cum inter artes et scientias sint aliqui ordines artium et sub arte … quod omnes illi ordines reducuntur ad unam super omnes artem, aliter non esset per se ordinatio omnium scientiarum et artium humanarum. Illa vero super omnes artem immediatius respiciet finem hominis quam aliqua scientia et finis specialis huius vite. Secundum patet quia si est aliqua scientia directiva optime operationis hominis illi scientie est specialis huius vite finis quia illa operatio vel est ipse finis vel inclusa in fine ut habetur 1 huius … consimilem est. Sed aliqua scientia est huiusmodi quia si ad dirigendas ignobiliores hominis operationes sunt speciales scientie multo fortius ad dirigendam nobilissimam. Quare finis huius vite est specialis alicuius scientie. Secundum probatur ex quo scientia cuius specialis finis est homines facere et esse simpliciter bonos habet bonum humanum pro speciali fine quia apparet quoniam hominem esse bonum est supremum bonum hominis et huius vite finis ut dictum est supra et consimile est supra. Sed huius scientie est homines facere et esse simpliciter bonos ut 1 libro 2 ubi dicitur quod non ut sciamus quid est virtus scrutamur sed ut boni efficiamur; hic enim scrutatur de virtutibus moralibus per quas homo fit simpliciter bonus ut 1 libro 6 in fine. Ergo hec scientia habet pro speciali fine finem huius vite. Et hec est causa quare hec scientia ut architectonica ceteris principatur et de ceteris preordinat quia bonum quod ista intendit est finis bonorum omnium que per alias scientias intenduntur. Hec enim intendit quod homo sit bonus homo, nulla tamen alia intendit … sed vel quod sit homo bonus disputator vel quod bonus edificator vel quod bonus miles vel quod bonus philosophus. Hec autem omnia bona sunt quoniam ordinantur ad bonum simpliciter quod est hominem esse bonum. Secundo quoniam scientia cuius est augmentum et salutem boni humani habet pro fine bonum humanum. Sed hec est huiusmodi ergo etc. Assumptum probatur quia bonum humanum perit per violentiam hostium contra quam hec scientia opponit artem militarem vel per desidiam civium contra quam opponit precepta quod commode et honeste occupat singulos vel pignorantium vel per iniustitiam contra quam opponit artem rethoricam secundum quod est iudicativa per quam reddunt singulis iura sua et puniuntur iniurie et discordie concordantur et hec est virtus rationis 2 philosophi. Secundo arguitur quod custodia conservationis humani reducitur ad tres partes scientie civilis scilicet ad legis positivam et iudicativam et executivam et mediativam; prime due intendunt saluti anime et reliqua due saluti corporis. Sed per legis positivam bonum anime conservatur si presens, per iudicativam autem revocatur si absens, per executivam bonum presens corporis conservatur, absens vero … revocatur. Tertio quia scientia per legem precipiens virtuose vivere habet pro fine speciali bonum humanum in huiusmodi duobus per se habitis pendet esse bonum huius vite. Sed hec scientia est huiusmodi, precipit enim omnibus legem quid oportet operari et a quibus abstinere ut dicitur in tertio et 5 libri huius quod lex secundum omnem virtutem vivere precipit et secundum omnem viciam prohibet. Quare ista scientia civilem legem instituens habet pro speciali fine finem huius vite; hec est virtus 3 rationis philosophi. Quarto quia scientia omnia bona intendens habet bonum humanum pro speciali fine ista probat quod bonum quod est maximum et divinissimum bonum huius vite. Sed ista scientia id intendit ut patet in politicis ergo etc. et sic concluditur ex verbis philosophi. Ad primum ergo dicendum quod finis generalis scientiarum omnium est earum alicuius specialis

illa scilicet que ceteris omnibus principatur sicut generalis finis
aliarum supponentium est specialis illius scientie que primo erat ex-
tra centrum ut visum est in littera. Ad 2m dicendum quod operatio
huius scientie duplex est. una secundum eam elicita, prima cognitio
actualis. alia directa prima operatio virtutis moralis. In 2o
quod alia est operatio hominis ut homo est et alia operatio elicita hominis
politici ut politicus est et hec pertinet ad eam. sed eadem est operatio directa
secundum politicam ut politica est et operatio hominis ut homo est quod secundum
philosophum in 1o. in prima eadem est operatio hominis ut homo est et studiosi
hominis, hec est virtuosi operatio quia virtuosi hominis est operatio directa
secundum politicam et hec est specialis finis eius [illegible] et hec est
bonum humanum ut inclusa in eo. Ad 3m dicendum quod
accipiendo scientiam nobilissimam sicut accipit philosophus in
6o pro illa que habet nobilissimum obiectum ipsa non intendit
bonum humanum ut est bonum humanum. sed eius operatio est
bonum preter bonum humanum ut in 6o libro 6o in fine. illa enim scientia
illo modo nobilissima non intendit operationem suam ut preter
bonum humanum. sed ut unitate illa cum politica inten-
dit operationem suam. Et alterius sit preter bonum humanum
et non de ea prout ordinatur est quantum ad locum [illegible] et tempus.
Ad 4m dicendum quod bonum humanum speciale non intendunt
omnes isti habitus scilicet ethica, monostica, yconomica, politica,
prudentia. Sed dicitur quod ethica intendit ipsum prout consi-
deratur in homine ut est bonum humanum vel unius persone vel
societatis domestice vel civitatis civilis. monostica
ut est bonum unius persone. yconomica ut est bonum sociale do-
mestice. politica ut est maximum et divinissimum bonum
totius scilicet gentis vel civitatis. prudentia cum non
solum ad considerationem sed propter preceptum pro iudicatione et operationem
intendit istud bonum quantum ad [illegible] mores. Unde igno-
rantie minus loquuntur hic aliqui expositores dicentes
philosophum voluisse distinguere inter ethicam et politicam di-
stinguendo de bono unius et de bono civitatis vel gentis to-
tius cum ethica tractet [illegible] de [illegible] et gnomonibus
de mediis et circumstantiis et de virtutibus requisitis
homini civiliter vivendi et de felicitate et universaliter de omnibus
generalibus pertinentibus ad quemlibet modum vivendi.

Dicitur autem sufficienter. Postquam ostensus
est huius scientie finis et fructus, hic ostenditur
procedendi modus qui debet esse figuralis et grossus
et ostendit hoc duabus rationibus. prima quia huius scientie doctori suf-
ficit figuraliter et grosse veritatem ostendere. In 2a ibi
Eodem modo utique et disciplina contingit veritatem sic dictam
recipere. Primam ita patet philosophus. In qualibet scientia suffi-
cit veritatem ostendere secundum modum convenientem materie. Sed materie hu-
ius scientie convenit modus tradendi figuralis et grossus. ergo doc-
toribus huius scientie sufficit figuraliter et grosse veritatem
ostendere. Probatio minor cum sua. Probat ponit. Maior ... minor
cum sua declaratione posita ibi Bona autem et iusta.
[illegible] cum eius expositione ibi Amabile genere dictum. Dicit
ergo primo quod in hac et in omni scientia dicitur dictus sufficien-
ter secundum modum convenientem scientie materie manifestetur. Quod probatur
quia nemo debet inveniri ad opposita [illegible] cuiuslibet sufficit quod est
possibile. Sed veritas cum certitudine non est reperienda in omnibus

[illegible] et non in omnibus materiis quod declarat ex eo quod non invenitur
manualiter fabrefactis potest inveniri equalis vel similis
certitudo. Scalarius (?) enim et tectus operis potest facere de ferro
vel ere quam de ligno vel lapide. Et cuilibet sufficit
certitudinem querere secundum possibilitatem sue materie. Deinde
minorem subdens dicit quod bona et iusta de quibus est quo-
niam intendit et tractat civilis scientia tantam habent differen-
tiam quod non est similitudo ... sicut videntur de quibusdam et talis hanc
causant magnum errorem in notitia quod apparet de iu-
stis que videntur lege sola esse iusta natura vero non. Sed neu-
tra et indifferentia sicut multis apparet de fornicatione
et avaritia. Videtur secundo quod quedam sunt iniusta que pre-
hibita et quedam iusta que precepta quedam vero sunt
iniusta que mala ex natura sua. et quedam iusta ex natura
sua. Unde dicit philosophus quod plurima precepta a lege non iusta videntur
esse iusta que sola lege precepta intelliguntur quod est 8o de
iustis. Deinde patet quod bona similem causant errorem
et cum est estimatio est quod bona sunt in bonis habitibus ea
tantum estimatio in multis est falsa cum propter bona sustine-
tur inutilia detrimenta. Aliqui enim iam perierunt
propter bona corporalia. puta propter divitias. Aliqui propter bona corporis
puta propter fortitudinem. Videtur non quod in ultimum dicere perire
se propter bona anime cum illa sint in salute omni habita. 3o
inferens conclusionem dicit quod amabile est de talibus
tamquam de conclusionibus et nunc talis et ex talibus tamquam
ex mediis dicentes et declarantes grosse et figu-
raliter veritatem ostendere et bonis et iustis que contin-
gunt ut frequentius et ex talibus ut frequenter contin-
gentibus tamquam ex mediis talia vero ut frequenter
contingentia concludere. Ubi scilicet quod est sunt genera rerum
ut habetur 2o physicorum. quedam sunt semper quedam ut frequenter
[illegible] quedam raro. quedam indifferentia. De ul-
timis duobus autem non potest esse scientia. de rebus autem primi
generis potest esse certissima scientia. de rebus vero secundi generis
potest esse scientia non tamen certissima. Sed ut in pluribus non sicut
est ista scientia que moralis non contingit uniformiter
semper sed ut frequenter. Eodem utique modo. Ponitur 2a ratio
que primo sic ponit quod debitum est discipulum recipere
unumquodque dictum per magistrum modo eodem modo scilicet figu-
raliter et grosse quod patet ibi Disciplinati enim. Cum enim discipu-
lus disciplinatus habitus vult formam discipuli et apparet certi-
tudinem a magistro inquirere in unoquoque genere in-
quantum genus recipit et permittit. Sed ut visum est modus
enim non recipit nisi modum scientie figuralem et grossum
ergo moralis discipulus veritatem hic modo eo dictum debet
gratanter recipere. Hoc rationis minor est superius declarata
et maior est hic posita quod confirmatur ex eo quod prius patet
non si discipulus mathematice magistrum persuadentem ac-
ceptet persuasione contentus et si discipulus rethorice
a magistro demonstrationes expectat neutrum persuasione contentus.

Unusquisque autem. Postquam ostensus est huius scientie finis
et procedendi modus hic ostenditur quis est
istius scientie auditor ydoneus et quod philosophus tractat et
primo premittit prohemium. 2o ex hoc manifestat propositum

et subiungit prohemii epilogum ibi Ponendo politice
et quid de auditore. Dicit ergo primo pro prohemio quod
unusquisque bene iudicat que cognoscit et hoc est bonus
iudex huius autem scientie certe rei explicat. Ad cuius
autem huius cognitionis duo. primo quare istam scientiam explicat. 2o
quare virtus iudicandi in huius dicitur. Ille enim qui
bene iudicat bene iudicando cognoscit et qui bene
cognoscit cognoscendo iudicat. id est in intelligendo cognoscere
et iudicare. Patet quod cum dicitur. Ad primum dicendum quod obiectum notitie
de quo et de qua fertur hic sententia sumendum sunt. Ergo primo
indefinite quando sunt in prima particula dicendo quod ea que
bene cognoscit bene iudicat. 2o sumit et sunt con-
trarie et singulatim dicendo quod in unoquoque genere
bene iudicat. Unde in unoquoque genere eruditus, id est singuli
eruditi bene iudicant in singulis generibus in quibus sunt
eruditi singula singulis assignando. 3o sumit fu-
isse distinctum et quantum dicendo quod unus in omnibus eruditus
iudicat omnia. Due vero sunt ultime sequuntur ad primam
secundum consequentiam que dicitur omnis bonus iudex est bene cognoscendo
quare ipsa posita esse unum genus vel esse plures vel esse omnia se-
cundum plures bonum iudicium. Ad 2m dicendum quod cognitio
de qua loquitur hic philosophus est secundum consequentiam quedam gno-
me gnomon de quo ut sumitur in 6o libro 6. est quedam experimen-
talis notitia non per modum scripture vel doctrine.
Sed per [illegible] experientiam acquisita quam nullo modo contin-
gendi potest in alio sicut qui habet notitiam de aliqua re-
gione per [illegible] experientiam nullo modo potest similem no-
titiam adgenerare in alio. Hec autem gnome ut est
hic est sententiativa de iusto epieikes quod est iustum
directivum iusti legalis. Unde sicut se habet iustum
epieikes ad iustum legale sic ista notitia gnome
se habet ad prudentiam iudicativam et legem positivam.
In hoc autem passu sumitur gnome generaliter pro notitia
experimentali universali [illegible] sententiativa de quacumque co-
gnitione sed [illegible] ad eius [illegible] pertinente. Hec
notitia non est iudicium sed principium iudicii et non ista
[illegible] intentio. Non inexpertus talem notitiam non potest
iudicare de veritate vel falsitate sed [illegible] inexpertus
non [illegible] in optime iudicabis in [illegible]. Deinde cum dicit
Ponendo politice. ex isto prohemio manifestat propositum
[illegible] conclusionem quare primum est quod iuvenis sit idoneus
auditor. 2o ibi Amplius autem quod sectator passionum inu-
tiliter audiret. 3o ibi Secundum rationem quod sectator rationis utili-
ter faciet istam scientiam. Primum patet quia unusquisque inutiliter
audiet sine experimentali notitia in intelligendo
audita. hoc patet ex prohemio. Sed iuvenis non habet ex-
perimentalem notitiam actuum humanorum qui tamen est ne-
cessaria ad intelligendum et iudicandum rationes huius scientie que
de hiis tamquam de conclusionibus tractat et ex hiis tamquam ex me-
diis sumit. ista minor ponitur in littera [illegible] premissa.
Amplius autem. Probat 2m et circa hoc philosophus duo. primo osten-
dit. 2o ex quadam conclusione declarat ibi Differt autem.
Dicit quod passionum sectator etiam [illegible] inutiliter audiret et
inutiliter huius scientiam dato quod addiscat medium

autem ad quod tangit finis huius scientie non est sola
cognitio sed actus et operatio. Unde sic formatur ratio. Un-
usquisque inutiliter audit et addiscit scientiam cuius fi-
nem non exequitur. Sed passionum sectator huius scien-
tie finem non exequitur qui est bona operatio. ipse enim sectator
passionum non assequitur qui est bona operatio. ipse enim
sectator passionum non assequitur bonam operationem. De-
inde cum dicit. Differt autem. hic tali conclusione declarat di-
cens quod nichil differt quantum ad audire inutiliter iuvenis secundum
etatem qui habet defectum experientie et iuvenis secundum mo-
rem iuvenilem qui habet defectum bone vite quod in
talibus non est defectus a tempore. sed ex vivere secundum passiones
et exequi singula delectabilia talibus id est delectativa
sequentibus fit inutilis cognitio quantum ad iuvenes in-
continentibus qui ratione huius rationem dictam passiones
ex ducitur ab ea et propter passiones ratio dictam fit eis inutilis
quod ab eis in actu tale defectum. Deinde Secundum rationem
ponit 3m conclusionem dicens quod hominibus secundum rationem viventibus
et secundum eam operantibus multum erit utile de
moralibus scire. Ita quod non propter hoc quod potest haberi ex precedenti-
bus concedentibus conclusionis inutilitatis cessat et in-
utilitas et ponit utilitas. sed in talibus cessat causa
inutilitatis ut experientia que est iuvenile et mali
consuetudinis introducte que est in precedenti sectatur
quare istis secundum rationem viventibus multa fiet utilitas
ex auditu huius scientie. Consequenter et. Et quid de auditore
epilogat dicta in prohemio ordine retrogrado. dicens
quod de auditore quod debeat esse ydoneus et qualiter
demonstratio id est quis est procedendi modus et quid vel que sit finis
intendimus et hec sunt quare prohemium predicta et dicta sint dicta.

Dubitantur autem predicta querenda sunt duo. Primum
utrum moralis scientia sit in primo gradu certitu-
dinis. Secundum utrum sit ad audiendum utilis.

Dicitur primo arguitur quod sit in primo gradu certitudinis. Primo
quia scientia de re certissima est certissima. sed hec est de re
certissima quia de virtute ut in 2o libro dicit philosophus quod est certior
omni arte et omni scientia. ergo ipsa est certissima. 2o quia
illa scientia est certissima que est nobis notior non vel non
quantum ad primum. Sed in hac scientia quare est opera iusta et opera
bona est nobis notior non. ergo ipsa est certissima. Assumptum pro-
batur. dicit enim philosophus in hac parte quod de iustis et bonis in-
tendit hec scientia pro non quod sunt primo omnium iustorum secundum
nobis notior non. Deinde in primo dicitur quod nos scire
iustum tale est quod in omnia alia docet quare tale iu-
stum est nobis notior cognitum. De bonis hic dicitur
primo quia omnis notior bonum appetunt unusquisque appetitus
appetitum tendit in bonum secundum proportionem appetitus
cognitum. sed appetitus intellectus non tendit in bonum
nisi per intellectum cognitum. Si ergo appetitus tendit
notior nisi per cognoscit notior. In oppositum est autem philosophi.
Ad questionem ergo dicendum quod hec scientia est in ultimo gradu cer-
titudinis quod declaratur dicendo. Primo quia sunt tria genera
rerum determinatarum penes suam pertinentia. Sunt enim res que
pertinentia per se sunt determinate et in modo credibilia sicut

sunt res mathematicae quae non habent principium motus, sed tamen principium formale, et scientia de huiusmodi rebus est in primo gradu certitudinis. Sunt etiam res quarum principia sunt per se determinata, sed per accidens impedibilia, cuiusmodi sunt naturalia; licet enim una constellatio per se sit ad unum effectum determinata, potest tamen per aliquam aliam impediri, et scientia de talibus est in 2° gradu certitudinis. Tertio sunt res quarum principia sunt per se indeterminata et per se et per accidens impedibilia, cuiusmodi sunt actus humani, quorum appetitus electivus est per se indeterminatus et plurimae indeterminationis, ut visum est supra, et scientia de huiusmodi est in 3° gradu certitudinis. Et hoc est quod scientia tanto magis est certior quanto eius principia sunt magis determinata et minus impedibilia, et quanto est e contrario minus certa. Sed principia huius scientiae sunt minime determinata et maxime impedibilia, ergo ipsa inter scientias est minime certa. Secundo, quia tria sunt genera rerum differentium penes modum certitudinis. Sunt enim res quae nullo modo suscipiunt magis et minus, nec in se nec in suis proprietatibus, cuiusmodi sunt res mathematicae. Secundo sunt res quae uno modo suscipiunt magis et minus, videlicet secundum intensionem et remissionem, cuiusmodi sunt res naturales. Tertio sunt res quae multiplici modo suscipiunt magis et minus, cuiusmodi sunt res morales. Unus enim actus dicitur magis vel minus bonus quia magis vel minus intensus, et non solum hoc modo, sed quia est circa talem vel talem modum circumstantiis, vel quia tali vel tali motore exhibetur, vel quia multis circumstantiis vel aliis modis similibus; unus actus idem potest suscipere magis et minus. Ex hoc arguo sic: scientia de rebus quarum est maxime consistere in indivisibili est in primo gradu certitudinis, et talis est mathematica; de rebus autem quarum est minus consistere in indivisibili, cuiusmodi sunt res naturales, est scientia in 2° gradu certitudinis; de rebus autem quarum est minime consistere in indivisibili est scientia in 3° gradu certitudinis. Huiusmodi autem est moralis scientia, ergo ipsa est in postremo, scilicet in 3° gradu certitudinis. Per hoc ad primum in oppositum dicendum quod scientia de re certissima certitudine pertinente ad obiectum scientiae, quae videlicet obiecti certitudo consistit in duobus, videlicet in suorum principiorum determinatione non impedibili et in suo esse indivisibili, scientia ergo de re sic certissima est certissima. Quando vero dicitur quod virtus est certissima, dico quod non est nisi genere certitudinis secundum quod est certissima certitudine inclinationis ad bonam operationem. Ex hac autem certitudine nulla notitia capitur certitudinis nisi prudentia; haec autem scientia non est prudentia. Ad 2m dicendum quod in hac scientia non est nobis utile non eo modo quo consideratur in hac scientia. Et cum arguitur de iure vel de iusto simpliciter, dicendum quod iustum simpliciter est duplex: unum secundum se ipsum, aliud ad alios. Et secundum se ipsum iustum hominis iustum; secundum autem alios non spectat ad istam scientiam, nec pro quanto iustum secundum se ipsum utilitatis hominis. Iustum autem secundum se ipsum utilitatis hominis adhuc est duplex: unum est quod simpliciter est sic iustum quod eius oppositum simpliciter est iniustum; aliud est sic iustum quod est melius quam eius oppositum, et inter duo mala minimum; iustum non est nobis

utile cognitum. Iustum autem primo modo est utile cognitum, non propter scientiam sed propter quod institutum, nec quod aliqua dicuntur esse iusta sicut matris et filie coniunctio. Cum autem dicitur de bonis, dico quod bonum utile appetitum non requirit praecognitionem illius bonum in se, sed cum ignoratur et ibi causatur error credendo esse bonum quod non est bonum.

Deinde quaeritur utrum haec scientia sit omni homini inutilis. Et quod sic, quia est inutilis iuveni propter inexperientiam, ut dicitur in textu, et senatui propter malitiam consuetudinis inducentis, et ex hoc sequitur quod iuveni inutilis est quam habet finem et fructum talis, videlicet bona operatio. In oppositum: quod sit utilis iuveni per hoc quod dicitur in X li. 2 c., quod non proprium dicitur sic vel sic a iuventute consuetum. Amplius etiam iuvenem pervenit esse agnitum aliquem faciendi modum qui consistit per hanc scientiam. Quod autem sit utilis pluribus sequitur, sed per hoc quod dicitur in X li. 3, ubi dicit quod leges bonos operantes ornando provocant ad melius, malos autem puniendo prohibent ab eo quod est delectus. Verum gravamen puniendi est a malo turpitudinis vitae suae, quod fit per hanc scientiam. Quod autem sit utile bono iam perfecto patet, quia per eandem virtus generatur et salvatur, ut in li. 2. Ergo ista scientia proficiet ei saltem ad salutem boni iam habiti. Ad hoc dicendum quod ista scientia omni homini audienti per se est utilis, licet per accidens possit esse non utilis vel etiam inutilis, quod declaratur: omnis audiendo conferens agnitionem vel bonam operationem audientis est utilis ei; sed audiendo hanc scientiam potest agnitionem vel bonam operationem omnis hominis audientis; ergo est utilis omni homini audienti. Assumptum patet, quia audiens vel perficitur vel nescitur. Si perficitur, hoc dicitur quia perficitur per solam scientiam vel per experientiam et operationem bonam. Si primo modo, audiendo potest ei ad salvandam scientiam quam plurimum, ad occasionem cavandi non sufficiendi bonum amplius quam sufficit. Si perficitur per experientiam, potest ei ad clarius melius et certius cognoscendum veritatem et in omnibus bonis firmandum. Si vero non perficitur, hoc dicitur quia non audiens vel intelligit et iudicat vel non. Si sic, potest ei ad agnitionem. Si non, hoc dicitur quod hoc est propter inexperientiam vel malitiam. Si inexperientia absque malitia, potest ei ad bonum opus, quia ut dicitur in I li. qui per se facienda intelligit et praecipit, hic est optimus vir; qui autem non per se intelligit sed intelligenti obaudit, hic rursus bonus est, et in hoc gradu bonitatis iuvenis consistens inexpertus. Si vero hoc per malitiam, tandem cognoscet quod vita sua per alios et per magnos viros reputatur turpis et foeda, vituperabilis et improbabilis; hoc cognoscens de vita magis in ea, et quanto magis attrahet ad eam, tanto plus elongabitur a turpitudine vitae suae. Si ergo aliquando sit inutilis, hoc erit per accidens, propter quod maior erit culpa sua, si post agnitionem non emendet eius vitam. Ad argumentum in oppositum patet solo per tamen dictum, quod cum dicitur inutilis quia

praecipiat ultimo fine, et sic est inutilis pluribus sequentibus. Nec quod praecipiat omni fine, et sic est inutilis nulli intelligenti credenti. Ultimo talis est qui, ut hic dicitur, potest dici auditor, quia ille qui non bene iudicat procedere male; ille talis bene iudicat quid sentit doctor, sed male iudicat quid faciendum est per disciplinam.

Dicamus autem resumentes. Postquam philosophus prohemialiter determinavit, hic incipit tractatum qui dicitur in X li. Quoniam ut dictum est in hoc libro agitur de homine ut libro in dictis (?) sumpto ad omnem modum cuiuscumque, agitur ergo de homine in his X libris. Quantum ad eius optimam dispositionem et optimam operationem. Optima hominis dispositio est virtus; optima vero operatio virtutis, quae est finis virtutis, huius rei gratia. In his X li. philosophus sic procedit: agit namque in primo de fine virtutis. In 2° de generatione et modo diffinitione et obiecto virtutis. In 3° de causis et principiis virtutum. In 4° de speciebus et differentiis virtutum per nomen moderantium et in genere fundamentum ut nomen (?) secundum vulgatam opinionem. In 3° "Circa quid autem" ... (?) in ... est et timores. In 4° de speciebus et de virtutibus (?) virtutum operationes moderantium. In 6° de virtutibus intellectualibus. In 7° de virtutum gradibus. In 8° de quodam effectu virtutis nobilissimo, scilicet de amicitia, quantum ad eius species. In 9° de illo eodem quantum ad eius proprietates. In X° complet tractatum de fine virtutis inchoatum in primo.

Circa primum primo praemittit intentum, secundo exsequitur ibi: Nomine quidem. Ponit unum ex quibus, et ad 2° (?) ante et duo quaerit ex quibus, ponit ergo ex quibus quod omnis cognitio et electio bonum aliquod desiderant. Ideo nunc resumit exprimendo (?) propositionem prohemii. Hic ergo respondet quaerit quod est illud bonum quod civilis cognitio desiderat. Huic quaestioni respondet ratione talis (?) ... quia potest sic dici quod iam omnium est supplicio quod aliis scientia desiderat et intendit bonum humanum, quod est finis omnium operatorum ab homine. Hic ergo (?) ... respondit ... quod est primo bonum humanum quod dicitur summum omnium operatorum. Hic notandum sunt duo: primo quod secundum generalem nomine omnis philosophus comprehendit doctrinam et artem quod tacebat in primo, et quod secundum nomine electionis comprehendit actum suum praevium, cuiusmodi est vel electio vel imperata per electionem. Secundo notandum quod philosophus hic et saepe in prohemio, in 3° et X° locis, vocat hanc politicam sive moralem scientiam, nominat civilem a nomine per synodochiam denominando totum a parte: civilis enim scientia pars quaedam est moralis scientiae. Nomine quidem. Hic philosophus exequens intentum primo inquirit de felicitate disputative, secundo diffinitive, ibi: Rursus autem redeamus ad quaesitum bonum disputando. A primo in 3 cases (?) consonans 3 probabilia et quaedam (?) primo intendens, primo (?) ponit probabilia quod omnes vel plurimi loquentes de bono humano concordant in nomine. Secundo ibi: Bene vivere autem, quod concordant in nominis ratione. Tertio ibi: De felicitate autem, quod discordant in re, quia non omnes opiniones sunt discutiendae ibi: Omnes quidem. Quarto quod probabiliores sunt discutiendae ibi: Sufficientes autem eas. Quinto quod procedit a notioribus, ibi: Non lateat autem. Sexto quod auditorem oportet assuefieri in huiusmodi actibus, ibi: Propter quod oportet consuetudinibus. Secundum quod probabile est felicitatem existere in bonis vitae, ibi: Nos autem dicamus. Tertio quod tres sunt excellentes vitae, ibi: Tres enim sunt. Prima autem pluribus inventa est quod felicitas non consistit in sola voluptate, ibi: Civilis quidem. Secundo quod non in honore, ibi: Alii autem excellentes. Tertio quod nec in virtute, ibi: Forsitan autem. Quarto quod nec in habundantia divitiarum, ibi: Pecuniosus. Quinto quod nec in exemplaribus praeceptis (?), ibi: Adhuc autem utile. In primis duabus ponit aliquas veritates. In 3° ostendit difficultatem. In quarto sequentibus tradit modum procedendi. In duabus quae sequuntur modum opinandi. In 4° et residuis ostendit errores.

Dicit ergo primo quod bonum humanum confessum est a pluribus in nomine nominari, scilicet felicitas, per multos et excellentes. Unde quod felicitas dicitur a felicitate, quia felix dicitur quasi facile letus, et felicitas quasi felicitas ad gaudia et ad desideria cuncta complenda. Et hoc est quod summum bonum hominis nominatur felicitas. Deinde cum dicit: Bene vivere, ponit consensum pro nominis ratione, dicens quod bene vivere et bene operari existimant omnes cum felicitate, et cum hoc quod esse felicem, unde felicitas dicitur bona vita. Hic notandum quod hic non dicit quid nominis rationem quia nondum est exposita, sed non dicit quod rationem esse per se non. De re quod dicitur non est simpliciter (?) propter dividendas attributum rebus operationibus, quod quidam dicunt voluptuosam vitam quidam temperatam vitam esse bonam vitam. Deinde cum dicit: De felicitate autem, declarat 3m concordiam, quod plurimum discordant in re, pro quanto est discordia.

